

# BOLETIN OFICIAL

DEL

## OBISPADO DE OSMA

---

SE PUBLICA EN DIAS INDETERMINADOS, EN MEDIO, UNO O MAS PLIEGOS

---

### OBISPADO DE OSMA.

*En estos dias hemos recibido la siguiente Real Orden:*

Excmo. Sr.: Suprimida en el proyecto de presupuesto del Estado de 1890-91 la consignacion con que se retribuia á las administraciones diocesanas, no podrán, si como es probable, aquel proyecto llega á ser ley, continuar estos organismos en la misma forma que hasta aquí, y para no desamparar un solo momento servicio tan importante, cumple al Gobierno de S. M. reorganizarlo, atendiendo á las necesidades de las diócesis y á los intereses de los partícipes de obligaciones Eclesiásticas.

Sólida garantía debe ofrecer á estos el probado conocimiento y el acierto de los administradores diocesanos en la gestion que durante treinta y cuatro años les ha estado confiada, y seguro es que su continuacion al frente de los asuntos económicos de las diócesis, á la vez que evite perturbaciones dañosas á los partícipes, satisfará cumplidamente á todos aquellos á quienes afecta la supresion acordada.

Nada, pues, ha creido el Gobierno de S. M. más favorable que reunir en una sola persona las facultades y deberes que las disposiciones vigentes señalan á los Administradores diocesanos y á los Habilitados del Clero, invistiéndola con el título de Administrador Habilitado, y otorgándola para el exacto desempeño de sus funciones la facultad de valerse cerca de las oficinas de Hacienda de Delegados ó Representantes análogos á los actuales Habilitados que, en la misma forma empleada por estos hasta el presente, puedan convenir con los partícipes el premio que hayan de percibir para atender á los gastos de material y como indemnizacion del servicio que prestan.

Consecuencia obligada de la modificación de la legalidad á que ha obedecido hasta aquí el organismo de las Administraciones diocesanas, es la terminación en sus funciones de los actuales Administradores diocesanos y Habilitados del Clero, los cuales quedarán suprimidos desde que empiece á regir el nuevo presupuesto. En virtud de todo ello;

S. M. el Rey (Q. D. G.), y en su nombre la Reina Regente del Reino, ha tenido á bien disponer:

1.º Los actuales Administradores diocesanos y Habilitados del Clero cesarán en 30 del presente mes.

2.º En su lugar se crea en cada diócesis un Administrador Habilitado que asumirá las funciones de los cargos suprimidos.

3.º El cargo de Administrador Habilitado será electivo en la misma forma en que lo eran los Habilitados, según la Real orden de 20 de Octubre de 1855: su elección se comunicará por el Prelado respectivo al Ministerio de Gracia y Justicia para la Real aprobación.

4.º Para evitar demoras en la satisfacción de los créditos consignados para obligaciones eclesiásticas, deberán hacerse las elecciones de Administradores Habilitados antes del 10 de Julio próximo y hallarse el día 15 en el Ministerio las propuestas correspondientes.

5.º Aprobados que sean los nombramientos de Administradores Habilitados, recogerán estos de las Administraciones diocesanas y Habilitados suprimidos, previo inventario, todos los datos y documentos oficiales que tengan en su poder. Del resultado de la entrega darán cuenta al Ministerio y Ordenación de Pagos de Gracia y Justicia en la parte que á uno y otro Centro interese.

6.º Los Administradores Habilitados dependerán de la Ordenación de Pagos de este Ministerio en la forma que impone á los Administradores diocesanos la instrucción de 31 de Diciembre de 1855.

7.º En las diócesis cuya capital corresponda á la de provincia se entenderán directamente los Administradores Habilitados con la Ordenación de Pagos de este Ministerio.

8.º En aquellas capitales de provincia donde no resida Prelado, los Administradores Habilitados de las diócesis enclavadas en la provincia, tendrán un representante equivalente á los actuales Habilitados, el cual entregará oportunamente al Delegado de Hacienda para remitirla á la Ordenación, la documentación mensual y recibirá del mismo los libramientos y las órdenes que aquella le remita ó comunique.

En éstas y en las demás operaciones de contabilidad se ajustarán los Administradores Habilitados y sus Delegados, ó Representantes, á las instrucciones de Administradores y Habilitados del Clero de 31 de Diciembre de 1855 y de 13 de Febrero de 1856 ya citadas.

9.º Para la ejecución de estas disposiciones dictará la Ordenación de Pagos de este Ministerio las que juzgue procedente.

De Real orden lo digo á V.... para su conocimiento y demás efectos. Dios guarde á V.... muchos años Madrid 23 de Junio de 1890. —  
*Lopez Puigcerver*. Sr. Obispo de Osma.

La Real Orden preinserta atendiéndonos á su letra, ofrece para la eleccion de Administrador-Habilitado los mismos inconvenientes, que para la eleccion de Habilitado ofrecia la Real orden del 20 de Octubre de 1855, que ahora se restablece, y que cesaron á la reclamacion de los Prelados Diocesanos, por la Real orden del 30 de Enero de 1866, la la cual por lo visto no hay que tener ya en cuenta. Más, á fin de que no pueda seguirse al Clero el menor perjuicio por la demora en el percibo de sus haberes, y apurando por otra parte el tiempo, no hay otro recurso que atemperarse estrictamente al contexto de dicha Real orden de Octubre de 1855, la cual fué publicada en el BOLETIN de esta Diócesis del 1.º de Marzo de 1863. Con arreglo, pues, á lo que en ella se dispone los participes de toda Nuestra Diócesis, y no solo los de los pueblos que de ella pertenecen á la provincia de Soria, nombrarán el respectivo comisionado que les represente para la eleccion de Administrador-Habilitado. La eleccion tendrá efecto en la Sacristia de la Insigne Iglesia Colegial de Soria á las doce de la mañana del día 9 del corriente mes.

Burgo de Osma 1.º de Julio de 1890.

*Pedro Maria, Obispo de Osma.*

---

Por Nuestro Decreto del 21 de Abril último, publicado en el BOLETIN OFICIAL de la Diócesis del 26 del mismo mes, prohibimos la lectura del periódico intitulado *Mundo Médico*, por haberse insertado en él dos artículos impíos, cuyos epígrafes eran, el de uno *Ateneo, origen y aparicion de la vida*, y el del otro *El hombre*. Más posteriormente Nos ha escrito el director y propietario de dicho periódico, D. Ramon Audet, diciendo que, ocupado dia y noche en el ejercicio de su profesion médica, no tenia tiempo para inspeccionar el expresado periódico, cuya redaccion por otra parte habia confiado á personas aptas para ello, y que por consiguiente no tuvo noticia de los mencionados artículos hasta despues de publicados, habiéndole mostrado alguna persona piadosa sus dudas respecto de la ortodoxia de los mismos, lo cual bastó para reparar todo el personal de redactores, que colaboraba en el *Mundo Médico*. Añade que él es hijo sumiso de la Santa Iglesia Católica, que, como obra de Dios, es fuente de toda verdad, y que lamenta tanto como Nós, la publicacion de dichos artículos; y concluye rogándonos que levantemos la prohibicion del mencionado periódico.

Juzgando, pues, por lo que va expresado que el referido señor

fué sorprendido á pesar de la confianza en las personas que redactaban el periódico, algunas de las cuales quizás hayan procedido por ignorancia, hablando de materias que no entendian, y complaciéndonos el saber que el Sr. Audet no ha tenido parte en la redaccion de los artículos censurados, y que ha separado todas esas personas que redactaban su periódico, hemos venido en levantar, como por el presente levantamos, la prohibicion del mismo, quedando sin embargo condenados los mencionados artículos, respecto de los cuales se procederá segun mandamos en Nuestro Decreto del 21 de Abril último.

Burgo de Osma 1.º de Julio de 1890.

*Pedro Maria, Obispo de Osma*

Este Decreto será leído al ofertorio de la Misa conventual y parroquial del primer dia festivo en todas las Iglesias del Obispado.

---

**CONFERENCIAS MORALES Y LITURGICAS**  
DEL  
**OBISPADO DE OSMA.**

**Dia 10 de Abril.**

*CASO. C., pauper, unicum agrum, quem possidet, seminare nisi dominica die non valens, ad quod amicos jam invitaverat, dispensationem, quam non obtinuit, al Illmo. et Rmo. Episcopo petiit: exposita tamen dein suo parochi causa, licet reticita Episcopi negatione, ab illo præfatam gratiam consequutus est. An subreptitia sit prædicta dispensatio; an valida, presertim si parochis suis illam concedere Episcopus prohibuisset?*

**SOLUCION.** Sylbestr. vero *Dominica* ait solum Episcopum posse licentiam concedere ut in festis fideles servilia operari valeant. Parochus non potest dispensare *ex officio* ait Scavini *de Festis*. Superfluum est alia argumenta adducere, siquidem hæc doctrina inconcussa est. Neminem, nisi illiteratum, latet Parochum nullam habere jurisdictionem in foro externo. Communiter dicitur tamen parochos *ex consuetudine* dispensare posse; sed intelligere bene oportet auctores. Quando igitur in iis legatur posse parochos prædictam licentiam concedere ex consuetudine, sciendum est non significari per verba *ex consuetudine* hanc in Universa Ecclesia vigere, sed tantum posse parochos licentiam concedere ubi sit talis consuetudo, seu *Ubi sic habet usus*, uti docent Soto. *lib. 2 de Justitia et jure quest. 4. art 4.* et Sanchez *tom. 2. Consil. lib. 5, cap. 2. Dub. 20.* Jam vero «ut hoc efficiat» consuetudo necessarius est Prælatorum consensus, saltem tacitus, qui est «quando videndo et tacendo tolerant, et dici potest tacita dispensatio.....» «Nemo potest tollere obligationem legis nisi qui potest illam ferre, vel

»ab illo habet potestatem; sed consuetudo populi non potest introducere legem de festo aliquo servando sine voluntate Episcopi, saltem tacita; »ergo nec potest festi obligationem tollere vel minuere, sine tacito consensu Prælati.» Ita *Doctor eximius Suarez tom. 1. de Religion. lib. 2 cap. 34.* Dispensare quod attinet ad festorum observantiam tantum Prælati concessum est, qui tamen peccant si absque justa causa dispensant in festis jure communitatis, et dispensatio est nulla; Parochus dispensare potest cum justa causa quando urget casus et superior adiri nequit, et solum pro aliquo casu particulari. Ita *Salmanticenses tract. 23 de tertio Decal. præcepto.* Tunc enim præsumpta est dispensatio. In themate vero Parochus non poterat dispensare, nisi in sua parochia sic haberet usus, modo dicto in troductus, prætereaque urgeret casus et superior adiri non posset. Jam vero in themate, etsi haberet usus, Episcopus adiri poterat, et revera aditus est, et aliunde supponitur Parochum scire Episcopum adiri posse, quandoquidem a paupere aditus est; ergo non poterat Parochus dispensare nec licite nec valide, sciret necne, pauperem ab Episcopo repulsum fuisse. Non leviori de causa, immo graviori, nec licita nec valida esset dispensatio a Parocho facta contra prohibitionem Episcopi, alias enim esset anteponeere Parochi judicium judicio Episcopi, et extollere inferiorem supra auctoritatem superioris, quod nedum stultum, sed et hæreticum est dicere fieri posse. Talis dispensatio idem esset proculdubio ac jurisdictionis usurpatio, et rebellionis actus. Siquidem Episcopus est legislator in sua diœcesi in iis quæ non sunt contra leges Ecclesiæ. *Benedicto XIV de Syn. lib. 13. Bouix de Episcop. part. 5, cap. 5 et passim.* »Parochus potest dispensare ubi sit consuetudo, non ex officio, ait Scavini, ut supra, et pro ratione necessitatis, ut si necessarius labor spatio aliquarum horarum peragi potest, reliqua diei pars sacrata maneat; sed si tempus adest, semper recurrendum est ad Episcopum; semper audienda Missa, et monendi fideles de dispensatione ne scandalum suboriatur.» At forte quis dicat dispensationem a secundo superiore concessam valere etiamsi negatam à primario, seu majori superiore, et etiamsi de negatione mentio non fiat. Utique; sed hoc tantum asseri potest quando potestas secundarii superioris non est restricta (*Scavini de legibus*, et sensus communis;) at in casu restricta fuit, in quo igitur secundarius superior jam non est talis superior ad dispensandum, nam, si erat superior, hoc ab Episcopi potestate procedebat. Nec in jure Canonico, nec in ullis Ecclesiæ legibus ut supra innuitur, est dispositio per quam impertiatur Parochis facultas dispensandi quoad festorum observantiam; ergo superior primarius potest restringere facultatem illis, per probatam consuetudinem ab eo concessam.

Quod attinet ad hanc diœcesim, in praxi standum est dispositioni publici juris factæ in ephemeride diœcesana (*Boletin*) 10 Decembris 1867; non oblita tamen doctrina supra exposita.

#### Dia 24 de Abril.

CASO. *D. ad confessionem accedens, et a confessario circa tributa solvenda interrogatus, sic respondit: tributa quidem directa solvo, sed non quæ pro parentum hereditate imposita sunt, nec quæ pro mercibus quas in domum meam, sive furtim, sive præpositos fisci decipiendo, vel cum eorum consensu introduxi; cui confessor; bene fecisti, charissime, nam in tanto tributorum excessu, fere omnia injusta sunt. Quid de resolutione confessarii?*

SOLUCION. Ex Sacra Scriptura constat *cui tributum tributum, cui vectigal vectigal* solvi debere; sed non tributum nec vectigal immodicum. Hoc opus hic labor. Quando est immodicum? Audiatur Scavini *edition. duodecima Mediolanen.* » Docet Lugo non posse principem ut regnum sibi conservet propter expensas belli, tam subditos gravare, ut eos in magnam paupertatem conjiciat, non enim regnum est propter reges, sed viceversa, nisi, bene excipit, alter princeps qui regnum invadit, sit iniquus, infidelis, hæreticus, ita ut sub ejus regimine gravissima timenda sint damna maxime quoad Religionem. Liguori, Opus Mor. l. III, n. 619.

Si vero nulla adsit præsumptio de injustitia tributi, videtur illud esset solvendum in conscientia; possidet enim jus principis. Si adsit grave dubium ac suspicio de ejus injustitia, aut cessatione causæ legitimæ, alii cum Cabassutio dicunt adhuc totum solvendum, quia lex tributi, utpote a legitima potestate, semper præsumi debet justa. Alii volunt cum Billuart illud solvendum pro rata dubii, quia debitum dubium non est neque certum, neque nullum, sed quid medium. Verum alii communissime cum Cajetano, Laymano, Lessio, Lugo tuentur nihil tribuendum; cum enim non omnia tributa in tanta eorum multitudine, necessarias condiciones præseferant, et cum jam plura solvantur, ideo in dubio de alicujus tributi injustitia, contra illud potius argumentandum. Quidquid sit, concludimus cum doctissimo Sylvio, cui consentit Billuart: si quis fraudet de illis quantum bona fide existimet se plus æquo gravari, neque peccat, neque tenetur restituere. » Item Lehmkuhl *Tract. IV de præcept. Decal.* ait: « Teste S. Alphonso eoque probante (num. 617), magnus scriptorum numerus ex communi doctrina tenet, si sit omnino probabile tributa esse injusta, non esse obligationem tributa solvendi *quatenus* omnino probabiliter justitiæ limites excedant. » Quoad tributa indirecta seu vectigalia ait « ex multorum opinione imponuntur per modum legis pænalis, idque colligunt ex multa seu pæna *exorbitante*, qua, qui in eorum defraudatione deprehenduntur, affici consueverunt, tum ex communi hominum interpretatione et acceptatione. Alii autem qui contradicunt, id saltem facile fatentur, tributa illa indirecta, quatenus a pauperibus circa res usu necessarias exigantur, merito objective injusta censerent; immo generalim vectigalia, quatenus ab aliqua ex rebus ad proprium usum destinatis exigantur, ex consuetudine non ita obligare, ut ille teneatur ad res istas sponte declarandas. » « Si quis a gabellarum fraudatore merces emit non tenetur ad solutionem tributi fraudati in sententia illorum qui legem tributorum mere pænalem esse docent. In aliorum sententia distinguendum: si emptor simpliciter emit, etsi probe sciat venditorem non soluturum gabellas, etiamsi ideo is merces occulte in domum tuam importet, per se loquendo non obligaris ad restitutionem, quia tantum materialiter cooperaris ad fraudem alterius. » Ita Scavini in prædicta editione, sequens S. Alphonsum Liguori.

Qui amplius desideret adeat opera fuse scripta, et non in compendium redacta. Plura enim supersunt dicenda circa materiam, de qua agitur, perpensis præsertim circumstantiis, seu adjunctis quæ in casibus occurrere possint.

### Dia 8 de Mayo.

CASO. *E. missam suo officio, quantum fieri potest, respondentem, in aliena ecclesia frequenter recitans, et a parochio de imperitia in S. Rubricis accu-*

*satus, tum quia aliquam commemorationem aut Symbolum, ut se illi ecclesiae conformet, addit, tum quia paramentis diversi coloris quandoque utitur, statuit deinceps, semper ac celebraret missam in dicta aliena ecclesia, hujus directorio sese conformare. Alias, missam votivam solemnem die dominica celebrat, omnes commemorationes, etiam dominicæ et ultimum evangelium, omisit. Quid de modo agendi E. et præfati parochi?*

SOLUCION. E., antequam a parochio illo accusatus fuerat, bene se gessit, sacrum faciendo in aliena ecclesia, quantum fieri poterat, juxta officium ab ipsomet recitatum, hoc enim a rubrica præscribitur. Prima parochi accusatio inmerito facta dicenda est, quia, quin rubricam violasset, poterat, etsi non tenebatur, symbolum addere, nec non commemorationes reliquas ratione conformitatis cum officio illius ecclesiæ: secunda autem reconventio merito ac juste ab eo notata fuit, cum sese acomodare debebat E. colori ejusdem ecclesiæ, quamvis hoc non facili concilietur cum proposito recitandi ibidem missam suo officio respondentem, quantum fieri potest et conformem ritui eadem in ecclesia præscripto. Resolutio vero ab ipso sumpta harum accusationum causa adversatur prorsus præscriptionibus liturgicis, juxta quas, cum colores conveniunt, celebrari debet de officio proprio absque necessitate sese conformandi totaliter directorio illius ecclesiæ in qua celebrat. Denique, si missa dominicæ ibi celebrata non fuit, et rubrica votivam solemnem permittebat, commemorationem dominicæ et ultimum evangelium legere debuit; alias bene omisit; concludendum igitur tam E. quam parochum lithurgiæ sacræ ac rubricarum ignaros existemandos esse.

### Dia 22 de Mayo.

*CASO. Supponitur in quadam Diœcesi publicam consuetudinem esse, vi cujus plerique parochi nec prædicant nec catechismum docent nisi dominicis Adventus et Quadragesimæ. Aliqui ex his parochis, qui per plures annos animarum curam exercuerunt, a te confessionem petunt, in qua de præfatis omissionibus, tibi extra confessionem notis, nec verbum dicunt, quia bona fide credunt, se in his ex consuetudine non peccare. Est ne legitima consuetudo hæc? Quid facies? De præfatis illos interrogabis? Quantum et cui in casu restituere tenentur? Virtute Bullæ componi possunt?*

SOLUCION. Illégitima prorsus ejusmodi consuetudo habenda est, non enim rationabilis, nec bono communi utilis, sed nociva potius est; caret igitur conditionibus in ea requisitis ad novam legem inducendam vel jam existentem abrogandam. Confessarius eosdem parochos interrogare debet circa munerum suorum adimplentionem vel omissionem, secus nec ministri sacramenti nec judicis officio recte fungeretur: et aliunde cum pænitentes illi seu parochi in culpabili ignorantia animarum saluti, ac proinde bono communi spirituali summe noxia, etsi bona fide, quæ vix et ægre admitti potest, versarentur, a confessario, tamquam doctore, edocendi sunt, atque ab illa ignorantia eruendi, tametsi fructus ex monitione minime secuturus prævideatur; quod non facile supponendum. Ad tertium: cum in casu detur eosdem parochos ad restitutionem teneri, de quo quantum non certo constat, dicendum illos tantum restituere debere pro rata omissionis de beneficii fructibus, ac computatione facta cum aliis parochialibus oneribus, quæ ad decimam vel ad summum octavam partem se extendat, fabricæ ecclesiæ

vel pauperibus parochiæ, quin ulla ratione componi possint; nec vi Bullæ, quæ non nisi fructus beneficiorum simplicium ex omissione horarum canonicarum obtentos ac retentos componere permittit.

Suscripción para extirpar en el Africa la esclavitud, ó para misiones, según los acuerdos de la Junta Central, publicados en el núm. 21 del Boletín.

	Ptas.	Cts.
<i>Suma anterior.</i> . . . . .	586	87
D. Pedro Lagunas, 1.—D. Benito García Tejedor, 1.—D. Galo Cámara, 2'50.—D. Servando S. Martín, 5.—D. Cipriano Las Heras, 1.—El pueblo de Hinojosa del Campo, 3.—D. Francisco Sanz Martín, 2.—El párroco y feligreses de Alcozar, 6.		
<i>Suma y sigue.</i> . . . . .	608	37

Para la obra de Propaganda Fide.

	Reales.	Cts.
<i>Suma anterior.</i> . . . . .	208	»
D. Enrique Hernando, 20.—D. Servando S. Martín, 20.—D. Benito García Tejedor, 4.—D. Galo Cámara, 10.—El párroco y feligreses de Atauta, 20.		
<i>Suma y sigue.</i> . . . . .	282	»

## ANUNCIOS.

*Cursus Theologicus de Religione, Ecclesia ac de Locis Theologicis, auctore P. Petro Fernandez et Fernandez, Agustiniano, S. Theologiae Professore.*

Un tomo en 4.º mayor, de VIII-864 páginas, en buen papel y esmerada impresion. Precio, 15 pesetas en rústica. Se halla de venta en casa del editor, D. Antonio Quilez, Bolsa, 10, Madrid, y en las principales librerías.

*Historia de Soria* con su mapa de la provincia y más de sesenta grabados de los principales monumentos religiosos de la misma, por D. Nicolás Rabal, Catedrático del Instituto provincial. Un tomo en 4.º mayor, en pasta, de 544 páginas; y se vende en casa del autor al precio de 9 pesetas y 20 céntimos.